

*83. Instrumentum venditionis di
Sentio Tarillo e Cecca Gambona
ovvero ‹Gambaio› di Potenza in
favore di Angelo de Quattuor Oculis*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*83. Instrumentum venditionis di
Sentio Tarillo e Cecca Gambona
ovvero ‹Gambaio› di Potenza in
favore di Angelo de Quattuor Oculis*

1385-01-15

(c. 90v) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate ipsius millesimo tricentesimo octuagesimo quinto, regnante serenissimo domino nostro Ludovico secundo Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie et principatus Capue, Andegavie et Geronie duce, comitatum Provincie et Forcalquerii et Pedimontis ac Exnomanie comite comite, regnorum suorum anno primo feliciter amen, die quinto decimo mensis ianuarii, octave ind(ictioni)s, apud civitatem Potentie.

1

2

3

Nos Adenolfus de Stampis annalis iudex ipsius civitatis, Nicolaus Cortesius de civitate eadem publicus ubilibet per provincias Principatus citra serras Montorii, Basilicate et Terre Bari reginali autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico notumfacimus et testamur quod in nostri presentia constituti Sentius Tarillus et Cecca Gambona de Potentia, iure Romano viventes sicut ceteri homines et mulieres ipsius civitatis ab antiquo vixerunt et vivunt, non vi, dolo, metu ducti, ut dixerunt, vel aliquibus suasionibus circumventi, sed eorum gratuita et spontanea voluntate, sicut eis utile et expediens visum fuit, vendidit, alienavit, tradidit et per fustis traditionem assignavit iure proprio et inperpetuum Angelo de Quattuor Oculis de Potentia ibidem presenti, recipienti et ementi pro

Così S per Turonie

Così S per Cenomanie

L'era regni è calcolata per anni interi a far data dalla morte Luigi I (20/9/1384), padre di Luigi II.

se et suis heredibus, petias duas terre in territorio ipsius civitatis in contrata Nic(o)l(a)ide Robino, iuxta terras Adenolfi de Stampis limite mediante, iuxta terras ecclesie Sanctissime Trinitatis limite comuni, iuxta viam publicam et alios fines; item petiam unam aliam terre, in eodem territorio, in contrata de Mosella, iuxta terras domni Nic(olai) Taralli limite comuni, iuxta terram Colutii de Carda limite comuni, et alios fines; pro qua quidem venditione dicti venditores coram nobis confexi et contenti fuerunt se habuisse et manualiter recepissee ab eidem emptore nomine pretii, in carlenis argenti sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, tarenos decem et octo ponderis generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius. Promiserunt <dicti venditores> per se et suos <heredes dicto emptori, pro se et suis heredibus> stip(ulan)ti, litem, controversiam vel questionem aliam de dictis terris ullo unquam tempore non inferre nec inferenti <consentire>, sed terras ipsas ab omni homine et persona quacumque legitime defendere, guarentire et // (c. 91v) disbrigare et dictam venditionem et omnia et singula rata et firma habere et nunquam contrafacere vel venire, per se et suos heredes <aut> aliquos quovismodo, in iudicio vel extra, de iure, de facto, occasione aliqua, modo, in con(tra)rio seu tractatu, sub pena unciarum duarum, medietate ipsius pene regie curie vel alteri ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela et altera medietate dicto emptori et suis heredibus persolvenda, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto emptori ac dictis venditoribus sollemniter stipulantibus penam ipsam; qua commissa vel non aut gratiose remissa <presens instrumentum cum omnibus que in se continet in suo robore et efficatia perseveret>; et renuntiaverunt

super his dicti venditores, pro cautela dicti emptoris et heredum suorum, exceptioni doli mali, vis, metus et in facti <sic>; pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et singula vera sunt, dicti venditores coram prefato emptore ad sancta Dei Evangelia prestiterunt iuramentum. Unde ad futuram memoriam et dictorum venditorum preces et dicti emptoris et heredum suorum cautelam factum est exinde presens puplicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et nostrorum infrascriptorum testium signis et subscriptionibus roboratum.

4

5

6

7

Quod scripsi ego Nicolaus puplicus ut supra notarius qui premissis omnibus rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (SN) Ego Adenolfus de Stampis de Potentia iudex qui supra Ego prebiter Antonius de Tito testis interfui Ego presbiter Nicolaus de Clarandia testis interfui Ego diaconus Ioannes de Saxo testis interfui

Così S qui, altrove Gambaio

Così S per vendiderunt, alienaverunt, tradiderunt... assignaverunt

Così S per? ubi dicitur

Così S per ingenio